Sit omnibus notum quod ego Agnes filia Guillelmi de Vallio quondam parrochie de Balneolis uxorque Guillelmi de Caneto filii Hungarii de Ca-
neto baiuli redempta et absoluta a dominio domini abbatis Balneolensis cum carta gratis et ex certa sciencia convenio et facio me feminam propriam
et solidam monasterii sancti Danielis Gerunde in manu et posse vestri Castilioni Bochery clerici procuratoris generalis in temporalibus monasterii
supradicti cum omni prole ex me nascitura pro eo quod nupsi dicto Guillelmo de Caneto qui est homo proprius et solidus et est baiulus domine
abbatisse dicti monasterii et eius mansum paternum. Promittens eciam dicto monasterio et domine abbatisse eiusdem fidelis et legalis prout bona vassal-
la debet esse suo bono domino. Et nichil facere vel procurare oculte vel manifeste quare predictum monasterium seu dicta domina abbatissa eiusdem pos-
set me amittere et alius dominus me lucraretur. Et in presenti facio homagium Hungario de Caneto socero meo et baiulo dicti monasterii
recipienti nomine dicte domine abbatisse et vestri dicti procuratoris. Promittens etiam notario infrascripto nomine dicte domine abbatisse absentis sti-
planti et recipienti predicta immutabiliter observare et nunquam in aliquo contravenire iure aliquo sive causa. Actum est hoc V°
idus marcii anno domini millesimo CCC° vicesimo quarto. Signum Agnetis predicte que hec firmo et laudo.

Testes huius rei sunt Johannes de Vimeis scutarius Gerunde et Bernardus de Verdegio clericus.

Signum Francisci Simonis publici notarii substituti auctoritate regia a R.° Simone de Toylano publico Gerunde notario hec scribi feci et clausi.

nº 582

11-3-1325

T. 275 x 156

Carta com agnes muller de guillem de canet ~~[illegible]~~ se fa dona propria de dit monazar de St Daniel per rahó de ser entrada en lo mas canet

del mas Canet de Canet nº. 4.

A C f. 359 v Nro. 4 del segon plec de Canet.

609